est si qui publicæ quemadmodum in extensionis formam lectum est deseruerunt Ecclesiæ doctrinam, illorum securitati ea forma quam legi audiuistis, prospiceretur.

sessio 3ª (11) Decretum publicatum in Sessione tertia s. Conc. Triden. sub Smo D. N. Pio PP. IIII. die XIIII May 1562

Sacrosancta Oecumenica et Generalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata præsidentibus in ea eisdem Apostolicæ sedis Legatis Decreta ea, quæ hodie in præsenti Sessione statuenda, ac sancienda erant, iustis nonnullis, ac honestis causis in feriam quintam post proximam solemnitatem Corporis Christi, quæ erit pridie Nonas Junij proroganda esse censuit, ac prorogat: dictaq die Sessionem habendam esse, ac celebrandam omnibus indicit. Interea, rogandus est Deus, et Pater Domini nostri Iesu Christi, autor pacis, ut sanctificet corda omnium, quo adiuuante sancta Synodus, et nunc, et semper meditari atque peragere ualeat, quæ ad eius laudem, et gloriam pertinent.

Rmus d. Arch. grannatén Rdit. adhoc decretu, quæ sequuntur. Heri in gnali cõgregatione dixi decretum placere sub certis cõditionibus, quas in mea voce adhibui, scio et video eas nec dari nec adimpleri, ideo nunc displicet —

sessio 4ª (12) Decretu publicatu in Sessione IIII s. Conc. Triden. sub Smo D. N. Pio PP. IIII. die IIII. Junij 1562.

Sacrosancta Oecumenica et Gnalis Tridentina Synodus in spiritu sancto legitime congregata præsidentibus in ea eisdem Apca sedis Legatis, propter uarias difficultates

ex